

() Dānkel), Pragensis episcopus, qui ad curiam domini imperatoris
 1157 Okt. ad respondendam legationem Ungaricam Wirzbürk ire de-
 bebat, ¹'religiosorum' virorum in hoc desiderium considerans, hanc electionem adiutorio Dei ad effectum perducere desiderans predictum electum ab imperatore more solito investendum ad imperatorem secum honorifice adducere non distulit. Obvies quoque Polonorum, quos pro bono pacis domino imperatori per ducem Boemie Wladislaum) se daturum promiserant, ²ex mandato predicti ducis ad curiam domini imperatoris Wirzbürk adducit. Ex quibus bone indolis ³puerulus filius iunioris principis ³Lakse Prage obiit. Quid igitur? Dominus Pragensis episcopus ~~dom~~ cum domino Moraviensi electo ad curiam conductam pervenit, ubi, quod volebat, cito secundum voluntatem eis occurrit. Nam dominus imperator secundum petitionem ducis Boemie et domini episcopi et aliorum dominum Johannem electum regalibus investituris et investitum ad dominum Arnoldum, Maguntie sedis archiepiscopum, cum litteris suis et legato suo, Alberto marchione, ad consecrandum in episcopum dirigit. Archiepiscopus autem tam honeste ⁴eum petitioni annuens eum Eborfordie consecrat et consecratum una cum domino Pragensi episcopo regi suo remittit. Qui

'religiosorum' P

Boemie

'in Wirzbürk' P

'quibuscumque' P
 'Rano Lakse' P

'in Wirzbürk' P

'fides eum' P
 'una consecrat' P

1) Rieftag in Wirzbürg Okt. 1157; Timonsfeld 558 ff.

2) T. von T. 32.

3) Lesko, Tofu des Boleslaus Crispus, Gruzog n. Moravien u. Cujavien

4) Löffner - Döll, Reg. d. Gz. n. Moritz, I, T. 364, 50.